



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Verbo Dei Libri Tres

Helm, Heinrich

Coloniae, 1560

VD16 H 1736

Quomodo Christus legem declaravit, illustravit, multiplicavit. Caput XXXII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30114

pietatis commutando: & consilia salutis assequendæ methodos, addendo.

Quomodo Christus legem declarauit, illustrauit, multiplicauit. Caput XXXII.

A Vemadmodū Christus dum quinq; panes, hoc est, *Matt. 14.* quinq; libros legis, & duos pisces, hoc est, psalmos *Rom. 6.* & prophetas, accepit in manus, hoc est operibus impleuit, benedixit ac multiplicauit, multa milia ex eis satiauit. *Luc. 9.* Ad hæc quemadmodum tunc novos panes nō creauit, sed allatos benedictionis suæ verbo & virtute multiplicauit: sic idem Christus incipiens facere & docere viā Dei in veritate legem aliam non dedit: sed priorem impleuit, declarauit, cōfirmauit, & per doctrinam fidei spei & charitatis priorem explicans & extendens auxit. Præterea sunt granum cadēs in terrā, quod fructū multū adfert, si Deus det incrementum per pluuiam voluntariam & suam ipsius nō alterius benedictionem. In hoc nobis datur exēplum, vt *Psal. 67.* si docendo fructum facere velimus, prædicemus populo non nostri capitis somnia non nostri cordis inuenta noua, sed per Dei benedictionem & per spiritus sancti vntionem verbum Dei, quod nunquam ad eum redibit vacuum. Vnde Apostolus dixit: Euntes docete omnes gētes, quęcunque mandauī vobis, quod dum facimus humiliter *Matt. 8.* faciendo videlicet & docendo verbum Dei, magni sumus & vocamur in regno cælorum. Nam tunc panis verbi Dei, qui est cibus piē in Christo viuentium, per orationē qua *Matt. 5.* in cælum ad Deum oculos leuamus vt inde auxilium veniat nobis, et per benedictionē Dei, in manibus nostris multiplicatur, et populo proponitur per prædicationem, & *Matt. 4.* satiantur bonis omnes esurientes et sitientes iustitiam. Diuites autem iustos in oculis suis, prudentes apud semet- *Luc. 1.* ipsos, nauseātes manna cæleste, desiderātes Aegypti offas, *Rom. 12.* cucume-

Cucumeres & pepones vilia esculēta, porros & cæpas inflā- *Num. vi.*
 tes, allia fatentia esurientes, nec non Pasiphaes auiculas, *Psal. 106.*
 dimittit inanes. Ideo esurientes & sitientes manent, & ani- *Luc. 15.*
 ma eorum in ipsis deficit, & fame pereunt. Cupiunt ven- *Prou. 20.*
 trem implere siliquis porcorum, & nemo illis dat. Suavis *Iob 20.*
 illis tamen est, panis mendacij, quæ est falsa doctrina. Sed *2. Thef. 20.*
 panis iste peruerforum dogmatum, in vtero eorum verti-
 tur in fel aspidum intrinsecus. Boni verò & recti corde, in
 domo dei, quæ est ecclesia, abundant panibus mundissi-
 mis sanæ doctrinæ, qui corda hominum in omni opere bo-
 no & sermone confirmant vsq; in finem.

Quomodo quinq; panes & duos pisces Christus
 multiplicauit. Cap. XXX.

O Potentia maiestatis: O sapientia mediatoris. O ex-
 uberans bonitas diuinæ charitatis. Quinq; panes & **A**
 duos pisces Christus in manus accepit, & multa hominum
 milia, dum esset omnipotentia sua & infinita bonitate mul-
 tiplicat, cibâdo satiat. Granum sinapis minimum inter fe-
 mina, proiectum in terram, crescens maius fit omnibus *Matt. 13.*
 oleribus, & arbor fit magna, ita vt volucres cæli habitent *Rom. 4.*
 in ramis eius. Quinq; panes & duos pisces legis libros ac- *Luc. 13.*
 cipimus & prophetas qui instar grani sinapis minimi sunt
 fermè inter omnes legum & institutionum libros. Sic
 dum Christus in manus suas sanctas scripturas accepit, &
 impleuit eas in semetipso, seminavitq; verbum Dei do-
 cendo, ac fregit panes, declarando scripturas; adeò panes
 isti quinq; & duo pisces in manibus eius sunt aucti,
 vt totus mundus capere libros non posset (si
 omnia eius opera & verba per sin- *Ioan. 20.*
 gula mysteria in ipsis latentia *21.*
 scriberentur) qui scri-
 bendi essent.

S. 3. Panis